

DOMI MINA
NUS TIO
ILLU MEA
Taylor Institution.

DE

ANGLOSAXONUM ARTE METRICA.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE

FRIDERICA GUILELMA

AD SUMMOS

IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE I. JUL. A. MDCCCLXX

H. XII

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

HERMANNUS SCHUBERT

CUSSALINENSIS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

E. STEINMEYER, DR. PHIL.

E. REINITZ, STUD. PHIL.

J. KANITZ, STUD. PHIL.

BEROLINI,

TYPIS A. W. SCHADII.


LIBRARY OF THE TAYLOR INSTITUTION
UNIVERSITY
- 6 APR. 1943
OF OXFORD

CAROLO CONRADT

AMICO.

Perquam pauca sunt, quae adhuc temporis viri docti constituerunt de arte metrica et Anglosaxonum et veterum Saxonum. Post enim Schmellerum, qui e versibus Saxonicae evangeliorum harmoniae unam legem ad alliterationis conditionem pertinentem enucleavit (Abh. d. bair. Acad. B. 4; 1847) eamque ne satis quidem accurate nec ita, ut rem absolveret; nemo huic rei operam navavit, nisi M. Heinius, qui paucas observationes metricas ad alteram suam Beovulfi editionem addidit, ita tamen, ut ne conaretur quidem eas certis documentis probare et confirmare. Itaque operae pretium mihi visum est, quibus legibus metricis utrique Saxones in componendis suis carminibus uti solerent, accuratius, quam adhuc factum est, in quaestionem vocare et, quantum possem, diligenter describere.

Qua in quaestione hanc viam ingressus sum, ut primum e Beovulfo et Caedmoniana genesi et Cynevulfiana Elena firmas quasdam leges enuclearem et certis documentis probarem, deinde, quantum hae leges valerent in ceteris quoque carminibus perscrutarer. Sic

quaestione de Anglosaxonum metris ad finem perducta transivi ad veterum Saxonum artem metricam tractandam. —

Numeri, quibus singulos versus designabo referendi sunt in Anglosax. carminibus ad Greinianam, in evangel. harm. Sax. ad Heinianam editionem.

Caput I.

De Anglosaxonum re metrica.

§. 1.

In unaquaque quaestione rem recte tractaturi est proficisci ad ignotas adhuc res cognoscendas a notis jam atque accurate expositis. Itaque cogitantibus nobis de Anglosaxonum arte metrica describenda, leges, quibus veterum carminum theodiscorum versus adstricti sunt, jam dudum a Lachmanno inventae atque definitae, quantum etiam in Anglosaxonum poêmatis valeant, quaerendum est. Et primum quidem omnium in Anglosaxonicis carminibus exstantium versuum magnam partem eodem numero eademque mensura, qua meridionalium Germanorum versus, conformatam esse, neminem fugit.

Beóv. 26 Hím þâ Scýld gevât
36a mǽrnè be mâstè
85a ǽfter vâlnîðè
42a ón flôdès ǽht
1636a éarfòðlîcè
2175b þóne þe hím Véalhþeóv géaf
Gen. 676 béran on þînum bréostùm
899 ôð þät ic frácoðlîcè

quales versus in singulis paginis saepe occurrunt.

Exstant autem praeterea permulti, in quibus regulae quaedam a veteribus poetis theodiscis et maxime ab Otfrido observatae laedantur.

§ 2.

Ac primum quidem in meridionalium Germanorum versibus syllaba, quae minorem accentum habet atque in brevem vocalem desinit, nisi ei altera gravis succedit, aut, sicut in clausula ac caesura fit, intervallum moram addit, ictui non sufficit. Quod non ad Anglosaxonicos versus pertinere facillime nobis persuademus, quum plurimis locis illius generis syllabae reperiantur ictu instructae.

Quas tamen syllabas non cuiuslibet generis vocabulorum, sed potius certorum modo esse infra videbimus. Nunc autem nonnullos versus, in quibus illa lex non observata apparet, ita enumerabo, ut primo loco tales afferam, quales verbis Anglosaxonicis in veterem dialectum theodiscam transversis ad eandem regulae severitatem, quam Otfridiani versus, adaptati evadant.

Beóv. 34 leófne þeóden
184 þurh slîðne sîð
Gen. 213ᵃ ofer rûmne grund
Beóv. 35 beága bryttan
41 mâðma menigo
149 sîðra sorga
474 gumena ængum
Gen. 121ᵇ metod engla hêht
100ᵇ ón vrâðra gield
et cf. Beóv. 992 fela þæra väs
Gen. 1645 þâra ân väs
El. 285ᵇ þæra boda (cf. §. 4)

et Beóv. 75 manigre mægđe
158 beorhtre bôte
Gen. 907[b] brâdre eorđan

nusquam þære genitivus vel dativus sic usurpatur; id quod, num ratione quadam fiat, nescio

et Beóv. 395 sîde scyldas
214 beorhte frâtve
Gen. 119[a] vonne vægas
Beóv. 415 leóde mîne
599 leóde Denigea
et Beóv. 1478 aldre linnan (ahd. instrum. in -ô vel in -û)
934 þonne blôde fâg
Gen. 58[a] torhte tîre
et Beóv. 70 þone yldo bearn
124 hûđe hrêmig
788 helle hâftan
Gen. 132[b] forđbæro tîd
373 helle clommas

et in singulis omnium carminum paginis permulti eius generis versus reperiuntur, quos omnes enumerare supervacaneum est.

Sed non eae modo formae, quae in dialectum theodiscam transversae ultimam praebent longam vel pro una in fine syllaba accipiunt duas, verum etiam, quarum ultima antiquitus brevis est, itidem in Anglosax. versibus usurpantur, ita, ut in omnibus et substantivorum et adjectivorum et participiorum casibus ultima syllaba minore accentu instructa etiamsi ei altera gravis non succedit, tamen ictui sufficiat. Quam consuetudinem non mira-

bimur adverbia quoque ab adjectivis deducta sequi, ut quorum ultimas, quamquam jam in vetere dialecto theodisca breves sunt, tamen antiquitus longas fuisse constet.

Confer autem haec exempla:

B. 12	þam eafora văs
1908	sægenga fôr
Gen. 277[b]	geongra veorðan
B. 422	nearoþearfe dreáh
465	folce Denigea
74	godes yrre băr
815	lifigende lâð
Gen. 14[a]	beorhte blisse
112[b]	êce drihten
323	vîte þoljað
et B. 898	vîde mærost
302	flota stille bâd
Gen. 210[b]	Făgere leóhte
810	hâte scîneð

et tales versus exstant saepissime. Ut adverbia autem ab adjectivis deducta ita alia etiam non desiderantur:

B. 121	gearo sôna văs
743	sôna hăfde
Gen. 2764	sôna vurðe
El. 1031	Hie sôna þær

B. 280	æfre volde
1314[b]	æfre ville

Gen. 2223 æfre veorðe
El. 572 æfre hŷrdon
cf. Gûðl. 612 et 986

B. 566 uppe lægon
1570[b] leóht inne stôd
1617[b] se þær inne svealt
B. 2113[b] hreðer inne veóll
Gen. 369 ûte veorðan
415 ûte mihte
669 ymbe hveorfan
El. 52 hrefen uppe gôl
Gen. 831 heonone nû þa (cf. §. 3)

Saepe etiam sic usurpantur composita. cf.:

B. 1053 yrfelâfe
1495[a] hilde-rince
1511[a] hilde-túxum
726 eode yrre-môd
Gen. 38[a] helleheáfas
212[a] vylleburne
908 faran fêðe-leás
et multo saepius.

At nusquam vocabulis þonne, nefne, oððe et aliis eius generis licentia illa concessa est; neque, id quod gravius est, verbalium formarum, nisi participiorum, in Elena quidem ullum eius generis exemplum exstat; quae autem tria in Beóv. occurrunt, facile emendari possunt, quum v. 6[a] (egsode eorl) objectum hie desideratur et v. 2344[b] (heólde lange) si pro heolde levissima

mutatione scribis geheólde recte conformatus evadat (cf. § 5). V. 131^{a} autem (þolode þrŷðsvŷð) verbis transpositis emendatur. Tamen nescio an hi versus ferendi sint propterea quod omnes in recentioribus carminis partibus leguntur (cf. H. Z. 1869.)

In Genesi enim Caedmoniana eius generis plura apparent:

114^{b} and lifde her
1175 Lifde siððan
1559^{b} sôhte georne
1931^{b} vunode siððan
2220 môste þînre
2342 viste gearve
2495^{b} styrnde sviðe

quos versus emendari ipse numerus eorum vetat, praesertim quum ne facile quidem emendari possint, Itaque a Caedmone quidem legis severitatem jam paulum remissam esse credendum est. Quod autem ad v. 2761 (häfde vordbeót) attinet, in eo verborum ordinem invertendum esse alia ex causa elucescit (cf. §. 8). — In ceteris carminibus perpauca huius generis exempla legi:

Andr. 1413 and cvæde þus
474 ic ville þe
Jul. 29 hogde georne
et Cri 310 vênde svîðe

quo in versu post vênde supplendus est nominativus he. Jam fieri non potest, quin quaeramus, utrum Otfridianus usus, quo brevi syllabae minore accentu instructae, ut ictui sufficiat, alteram gravem succedere oporteat, an Anglosaxonum principalis sit et a veterrimis Germanis adhibitus.

Ac primum quidem in evang. Hârm. Saxonica eandem, quam in Anglosax. carminibus consuetudinem regnare, cap. II. demonstrabo. Tum in carmine, cuius titulus est „Muspilli", apparent versus: 20. Kérnò tuoè 21. hártò wîsè 54. mânò vállìt, quos emendandos esse Müllenhoffius in libello suo de carm. Wessofontano p. 14 censuit. Tamen nescio an et Anglosaxonum et veterum Saxonum versuum analogiam magis sequendum sit, quam usum Otfridi: cui quum in aliis quoque „pressam antiquorum simplicitatem citius reliquerit maioremque numeri, aequabilitatem adfectaverit" etiam hanc versus componendi brevitatem offensionis aliquid habuisse facile credas. Quod factum esse equidem certissime censerem, nisi me hoc redderet cautiorem, quod, ut modo demonstravi, licentia illa, ut substantivis et adjectivis et adverbiis, ita nec verbalibus formis nec vocabulis nefne, ođđe, þonne etc. conceditur. Quod quum eodem modo in Saxonico poëmate se habeat, licentia profecta videtur a formis antiquitus ultimas syllabas praebentibus longas, deinde extenta esse ad alias quoque, quae, quo habitu erant, earum analogiam facillime sequerentur. Sic casus in brevem syllabam desinentes in analogiam casuum antiquitus in longam syllabam desinentium, adverbia uppe, ûte, æfre inne, sôna in analogiam adverbiorum antiquitus in ô desinentium cecidisse satis probabile est. At verborum eae formae, quae antiquitus clauderentur longa syllaba, multo pauciores fuerunt contra magnam brevi syllaba clausarum copiam, quam ut hae in illarum analogiam cadere possent. —

Ceterum cave, ne versus de quibus hac paragrapho disseruimus, non quatuor sed tres ictus habere credas; quae sententia quam falsa sit, ut ex eo ipso, quod et verbales formae et vocabula nefne, ođđe etc. licentiae illi non cedunt, ita certissime ex eo patet, quod vocabulum, cuius syllaba radicalis brevis sit, sic non usur-

pari, aut, si usurpatur, tamen emendandum esse infra ostendam (§. 5).

§. 3.

Transeo ad aliam regulam, ut in theodiscis poëmatis ita non plane et quaque condicione iu Anglosaxonicis valentem.

Etenim quae lex in illis observatur, ne monosyllabum vocabulum brevi vocali clausum syllaba gravi non succedente ictui sufficiat, eam apud Anglosaxonicos poëtas in nonnullis vocabulis laesam reperimus. Ac primum quidem me et þe dativos ictum ferentes syllaba gravi succedente carere posse certissime constat. Nam in versibus

B. 563^{b} þät hie me þêgon
1482^{b} þe he me sealde
et B. 365^{b} við þe môton
426^{b} ic þe nû þâ

(et cf. 657; Cri 1513; Jul. 54, 84, 137, 358, 524, 412, 463, Gûðl 1204, Andr. 1331) me et þe dativi alliteratione sunt coniuncti cum aliis prioris hemistichii vocibus, ita ut ictum non ferre possint. Quare etiam hi versus pro recte conformatis habendi sunt:

B. 2101^{a} Me þone välræs
1175^{a} me man sägde
Gen. 2518 lŷfað me þær
2850 and þe læde mid
1754^{a} gif þe ænig

quales versus saepius occurrunt. Neque minus he nominativum syllaba gravi non succedente ictui sufficere ex alliteratione manifestum est. Nam

B. 305^{b} þonne he sylfa

he iunctum est cum gehêdde et heofenum; quam ob rem etiam hi versus recte conformati evadunt:

B. 155^b hé éft âstôd (cf. §. 5)
2077^b hé fýrmest läg
2855^b þéáh hé ûðe vél
762 þǽr hé méahte svâ
Gen. 1566^b Hé lýt ongéat (§. 5)
2832 þät hé vólde svâ
Andr. 512 hé þeódum sceál

et sic plures.

Sed ut post me et þe et he, ita post ve et ge nominativos syllabam gravem opprimi posse ex alliterationes quidem condicione nusquam patet. Tamen haud scio an v. B. 941^a þe vé ealle (cf. §. 5) ferendus sit; praesertim quum etiam v. 2800 (frémmað gé nú) ab editoribus recte videatur emendatus esse e libri ms: fremmað gêna.

et confer. praeterea Andr. 747:

gé mónetígeað

Quod autem attinet ad þu nominativum, cui editores in libris brevem tribuerunt vocalem, docet ipsa anglica forma thou de brevitate vocalis ne cogitari quidem posse; et in Anglosax. carminibus þu persaepe pedem metricum explet sine insequenti thesi:

Gen. 2480^b vílt þû gíf þû môst
Andr. 557^b gíf þû cúnne

quibus in versibus þu alliteratione iunctum est cum aliis prioris hemistichii vosibus, et praetera confer.:

Gen. 1832 Sága þû Sárra
2174 hvät gífest þú mé
2642 hvät þû ǽfre

Andr. 174ª þû scealt fêran

Iul. 54 et 520 svâ þû nû þâ

et sic saepe.

Cujus generis in carm. de Beóv. nullum exemplum exstare quin forti debeatur nemo erit, qui dubitet. Neque magis iu, nu, bu, tu, vocibus, ut quae saepissime thesi insequenti careant, quidquam obstat, quominus longas vocales tribuamus. cf.:

B. 2459 gomen in geardum | svylce þær iû væron

Seel. 60 ne nân þâra gôda | þe þû iû âhtest

et de nû

Gûðl. 20 ófer þâ níðas | þe ve nû dreógað

et Beóv. 3102 uton nû êfstan

426 ic þe nû þâ

657 buton þe nû þâ

Gen. 831 heonone nû þâ

et sic multo saepius.

et de bû et tû:

Gen. 574 on breóstcôfan | svâ vit him bû tû

847 ac hie on gebed feóllon | bû tû ätsomne

cf. Cri 1326, Phoen 402

El. 605 tîreádig cvên | þe synt tû gearu (§. 4).

In carm. de Beóv. autem omnino bû et tû vocabula nusquam leguntur.

§. 4.

In veterum Germanorum vocibus proxima post syllabam brevem accentu instructam ipsa accentu caret. Quam legem ut ipsum Otfridum in fine versuum quamquam rarissime neglexisse apud omnes constat (cf. de carm. Wessof. p. 13; Müllenh. et Scherer, Denkm. p. 318 et confer. etiam Lachmann ad Nibl. 118): ita in Anglo-

saxonicorum versuum fine saepissime exempla occurrunt, qualia sunt

geârdagum vel cuman.

Confer. haec exempla:

B. 1ª Hvät ve Geârdena
1ᵇ in geârdagum
31ª leóf landfruma
285 on heáh-stede
Gen. 99ᵇ and uprodor
813ª tô scûr-sceaðe
1020 tô feorhbanan
et B. 13 þonne vîg cume
376 heard her cumen
319 við vrâð verod
262 väs mîn fäder
838 gûð rinc monig
Gen. 57ª his feónd friðo
107ª stîð-frihð cining
120ᵇ ofer holm boren
1728ª vlitebeorht ides

cuius generis in carminum singulis paginis multa exempla exstant. (cf. Cap. II. §. 2).

At trisyllaba vocabula, quae non sint composita habeantque paenultimam brevem hoc modo in versus fine tribus ictibus instructa perpauca legi et ea, quibus certissime constituitur in universum huius generis vocibus ab Anglosaxonibus tres accentus non datos esse. Sunt autem haec:

Gen. 709ª fyren-earfeða
Cri 1266ª atol earfoða

Cri 1411ᵃ mågen-earfeðum
Cri 1453 yfel earfeðu
Guðl. 448 et 528 við earfeðum
Guðl. 1038ᵇ nís me earfeðe (§. 8)
Cri 1172 þær he earfeðu

et praeterea:

Andr. 607 and bôceras
et Cri 390ᵇ hábbað fólgoða (§. 8)
et Gûðl. 387 in mynsterum
Gen. 2527 teng récene.

Quibus exemplis oculis leviter perlustratis quis est, qui non videat earfoð vocem proprium aliquid, quo ad hoc accentuationis genus apta reddatur, in se habere? Et profecto non dubito, quin refugiendum sit ad theodiscam formam arbeit cuius casus, ut qui paenultimam habeant productam, tres accentus ferre possunt. Est igitur detrita tempore altera earfod vocis syllaba, remansit tamen antiqua accentuatio (cf. p. 62). Quod idem pertinere ad bôceras formam facile credas respecta theodisca forma buochâri. Neque minus fuit antiquitus altera folgoð vocis syllaba longa, quia folgoð deducendum est de folgôn (ags. folgjan) cf. Gram. III, 525.

Demptis igitur his exemplis restant mýnsterum et récene, quorum vocabulorum prius, ut illatum ex aliena lingua in Germanicam, quod non cedit Germanicis legibus ad accentuationem pertinentibus, quid est, cur mireris? Alterum autem récene plane incertum est, an Germanicum sit, necne, et quae eius sit etymologia. — Qui praeterea versus in Beóvulfo 1455 exstat: mågenfúltuma facillime emendari videtur verbis insequentis

versus þät him adsumptis. An fultum et fylst voces pertinent ad latinum verbum fulcire? —

Omnes autem, quos hac in paragrapho adhuc tractavimus, versus cave ne ternarios esse credas; quippe quos quaternarios esse, ut ex eo ipso patet, quod trisyllabae voces, quae non sint composita, licentiae illi non cedunt, ita luculentissime ex huiusmodi versibus:

B. 1856 Geáta leódum | and Gârdenum

B. 2341 lind við líge | sceolde lændaga

Gen. 513 ufan alvalda | nele þû earfeðu etc.

quibus in versibus, si legas Gârdenum vel earfeðu in alia quadam lege ad alliterationem pertinente, de qua §. 8 disputabo, peccas. Praeterea versus ternarii in unam syllabam longam atque ictu instructam desinentes non exstant, aut, si exstant, sunt speciali quodam, de quo excusationem petant, habitu (cf. §. 5).

Atque etiam verborum praerita, qualia sunt eardode, þancode etc. eadem, quam modo exposuimus licentia adhibita saepissime tribus uti accentibus in fine versuum, non mirum est, quum eorum principales formae fuerint þancôde etc. Cf. Beóv. 560:

þreátedon þearle | ic him þênode (§. 8)

Gen. 2106: godes bletsunge | and evâ gyddode (§. 8)

et B. 132[b] lâst sceávedon

144[a] svâ ríxode

166[b] Heorot eardode etc.

Quorum praeteritorum quum nusquam exemplum appareat, quod talem accentuationem in versu non patiatur, etiam versus, quales sunt B. 1573[b]:

væpen háfenade

B. 1663 oftost rixode etc.

ita legendi videntur, ut praeteritis tres tribuantur accentus. — At eorum, quorum stirps antiquitus non in ô sed in i desiit, praeteritorum unum eius generis exemplum reperi:

Gen. 2840 búrh tímbrède

quod, quamquam paenultimam habet antiquitus brevem, tamen ferendum esse puto et excusari eo, quod ante r consonantem vocalis per syncopen oppressa est (tím-bérèdè). cf. p. et p. et cf. Hêl 5243ᵇ hugi twíflidà (pro: twífèlidà) et vide ad ea, quae in sextae paragraphi fine pluribus dissero de remanente tali vi vocalis quamquam per syncopen iam oppressae. — p. 83. Jam num illa accentuationis licentia medio quoque versu concedi debeat, quaestione hoc loco praetermissa, ut qua de re loco de versu ternario absoluto demum recte disputare mihi videar posse, ad aliud quoddam genus et ipsum ad accentuationem pertinens transeo.

Ut igitur in fine versuum dágùm et féorh-bànan et alia eius generis procedunt, ita etiam trisyllabis, quae primam habent brevem, secunda longa interdum non caret accentu, quo efficitur accentuatio descendens; cui tamen licentiae certa tantum vocabula cedunt. Ac primum quidem sic cyning vocabuli casus et in omnibus Anglosax. poëmatis et in evang. harmonia Saxonica usurpantur, et maxime in compositis:

cf. B. 2 þéód-cýnìngà
B. 1039 héáh-cýnìngà
1155 éorð-cýnìngès
2503 Frés-cýnìngè
3094 þéód-cýnìngàs
Gen. 237 héofon-cýnìngè
(cf. 494, 505, 659, 666 et multo saepius)

Gen. 1974 folc-cyningas

2883 gâst-cyninge

El. 624 rador-cyninges

1174[b] eor. cyninges; et sic saepius

et cf. Beóv. 1210 feorh cyninges

(cf. Cri 1087. Gûðl. 589 etc.)

Deinde participii berend casus in compositis (cf. Cap. II. §. 2).

Gen. 1060[a] sveord-berende

1145 ræd-bérendes

1955 feorh-berendra

El. 1282 reord-berendra

Cri 381 et 1025 reord-berende

Cri 1369 reord-berendum

atque simile est, quod bis in Beóv. exstat

372 et 535: cnihtvesende

et Cri 350 efen-vesende;

quibus tamen exemplis non par habendus est versus Cynevulfianus

mäðel-hegende Andr. 609, 1098; El. 279

quia Greinius in glossario verbo hêgan iure et merito tribuit vocalem productam. Verbum enim hêgan idem esse ac normannicum heyja docet ipsa formula þing gehêgan, quacum fac compares Saem. Edd. Harbarðsl. 30[4] (ed. Lüningianae) þing hâðak.

Sed cedunt licentiae illi formae onette, onetton, oretta, onetteð.

B. 306 guman onetton

1803 scaðan onetton

2538 rôf oretta

Gen. 1985 Háleð ónètton

2533 þá onètte

2872[b] ánd ónètte

Phoen. 217 hreóh ónètteð

Phoen. 455 fórð ónètteð

Seef. 49 vóruld ónètteð

Gûðl. 541 gódes órèttan

quibus in versibus formas onette etc. révera tribus uti accentibus docet Gen. 2872[b]

éfste þá svíðe | ánd ónètte

ubi, si pro ónètte legas ónette falsa alliterationis condicio procedit (§. 8). Quam ob rem etiam B. v. 1532 non: ýrrè órettà legendum puto, sed ýrre órètta.

Neque iam ándsvaròdè praeterito saepissime hemistichium expleri miraberis, quippe quod simul et praeteritorum, qualia sunt þáncòdè etc., et eorum, quae modo exposuimus, exemplorum analogiam sequi facillime intelligatur. Cf. B. 258[b], 340[b], Gen. 827, 872[b], 896, 2136, El. 396 et multis aliis locis. Quem autem habitum svarode praeteritum, eundem praebet hlifade, cuius primam syllabam brevem esse evenit e forma B. 1799 exstante hliuade. Haec enim forma docet f consonantem in verbo hlifjan non principalem esse, sed mutatam et antiquiore b. Neque f consonans, si respondet antiquae b, apud Anglosaxones syllabam positione efficit longam. Cf. Gen. 308:

þá énglas úfon on héllè

Gen. 1777 fíf and húnd-séofontìg

Cri 202 héofenes héáhèngel

Cri 1110[a] svá hím mid náglum þurhdrífan.

Quae omnia quum ita sint facile intelligas eiusdem fere generis atque versus andsvarode haec esse exempla:

B. 1898 mâst hlifade
81 sele hlifade
Andr. 843 hleoðum hlifodun

et Phoen. 23ᵃ heáh hlifjað (pro hlifigeað cf. §. 5).

Venio nunc ad id accentuationis genus, cui Lachmannus indidit nomen „schwebende betonung", quodque Anglosaxonicorum quoque versuum et initio et in fine occurrit, quamquam multo rarius, quam in Saxon. evang. harmonia et in theodiscis carminibus. Nimirum Anglosaxonum lingua tam detrita iam erat, ut rarissime cogerentur voces hac via quasi per vim breviores reddere in versibus recitandis.

Ac primum quidem initio haesitans accentuatio exstat his in versibus:

B. 1426ᵃ sellîce sædracan
2173ᵃ vrätlîcne vundor-mâððum
Cri 1011 vundorlîc ofer veredum
Beóv. 1197 nænigne ic under svegle
Gen. 2175 teónvît of þisse stôve
1912 freó-manna tô frôfre
156ᵃ vîdlond ne vegas nytte
Gûðl. 943 nihthelma ganipù
Andr. 1017 æghväðer ôðerne
Jul. 459 micelra mânveorca
618 cleopade þâ for corðre

Et bisyllabae voces cum haesitante accentuatione legendae videntur his in versibus:

Byrhtn. 96ᵃ vôdon þâ vălvulfas

Wander. 85 yððe svâ þisne middangard

Gen. 246ᵃ hăfde se ealvealda

Cri 968 eorðan mid hire beorgum

Wander. 14 healde his hordcôfan.

Deinde, quae in fine versus apparent exempla ad certas modo formas pertinent; ac primum quidem ad gerundium:

B. 473 Sorh is me tô secganne

1723 Vundor is tô secganne

2093ᵃ Tô lang is tô recenne

1941ᵃ idese tô efnanne

2562 săcce tô sêceanne

Gen. 279 hearran tô habbanne

Andr. 1162 beornas tô brûcanne

Andr. 1483 micel is tô secganne

(contra confer. Gûðl. 503: micel is tô secgan)

Andr. 1691 sâr tô geþoljenne (cf. Cap. II. §. 2)

Et item usurpantur adverbia in — lîce desinentia

B. 232 fyrd-searu fûslîcu

Gen. 2103 Abraham ârlîce (cf. Cap. II. §. 2)

Gen. 652 þe he hire svâ værlîce

Accedunt composita in — scipe desinentia:

Gen. 485 dreámas and driht-scipes

El. 356 feódun þurh feónd-scipe

Beóv. 3174 eahtodun eorl-scipe

(cf. Cap. II. §. 2 exempla, quae e Saxonico poëmate collegi.)

Et Cri 392[a] þät hy môtan his ätviste

cf. Otfr. II, 7, 22 sie nuzzun thera heimwisti

Jam restat, ut hos Beóvulfi versus afferam:

1177[b] brûc þenden þû môte

1224[b] Vcs þenden þû lifige

1859[a] vesan þenden ic vealde

in quibus quid de þenden coniunctione dicendum sit, non certum habeo. Tamen quum priorem syllabam accentu instructam esse doceat B. v. 2649 þenden hit sŷ haud scio an haesitante accentuatione adhibita legendum sit:

brûc þenden þû môte etc.

§. 5.

Anglosaxones in carminibus suis non quaternariis modo, sed etiam ternariis versibus usos esse, multi iam affirmaverunt. Tamen num cuiuslibet formae ternarios versus an certae tantum adhibuerint, adhuc nemo in quaestionem vocavit. Sed iam Heinium non fugit permultos exstare versus, qui, quum ternarii sint, pro quarta arsi habent thesim praefixo aliquo expletam.

Confer. haec exempla:

1) (in quibus thesim praefixo expletam una arsis antecedit)

B. 22 eft gevunigen
23 vilgesîðan
45 forð onsendon
244 cuman ongunon
563 mân-for-dædlan
Gen. 4 heáh-gesceafta
6 ôr gevorden
2277 somed âbregde
(et sic multa in singulis omnium poëmatum paginis).

2) (in quibus thesim praefixo expletam duae arses antecedunt)

B. 107 þone cvealm gevrăc
259 vord-hord onleác
759 uplang âstôd
915 Hine fyren onvôd
Gen. 111 þurh vord gevearð
317 sum hard gesvinc
(et sic multa in omnibus poëmatis).

3) (praefixo expletur anacrusis)

B. 34[a] âlêdon þâ
220[b] gevaden hăfde
355 âgifan þenced
2900 gevegan sceolde
2186 gedôn volde
3157[a] gevorhton þâ
Gen. 100 geseted vurðe
229 beligeð ûton
249 fulgân volden
1203 geteled rîme
et sic saepius.

Quorum omnium exemplorum ultimo loco propositis similes sunt hi versus:

B. 2619[b] âbredvade
Gen. 1505 gebletsade
2752 gestigðode
2233 geþafode
115[a] gestaðelode
El. 839 geþrôvade
792 geopenie
1102 geopenigean
1010[a] getimbrede (cf. p. 16)

cf. Andr. 1514, 1520, Cri 208, Jul. 717, Andr. 380, Jul. 448 etc. Cuius generis plurimi exstant in Cynevulfianis poematis, rariores in genesi. In Beóvulfo autem quod non plus unum exemplum apparet, id docet hanc versus componendi consuetudinem apud Anglosaxones non semper regnasse sed paullatim et gradatim irrepsisse; quod eo quoque confirmatur, quod in Saxon. evang. harmonia prorsus nullum reperitur. Cf. Cap. II. §. 3. —

Sed ut talibus in versibus thesis praefixo, ita aliis quoque voculis et ipsis proclitice positis saepius expletur; quo pertinent ne, be, þe particula relativa, se articulus.

cf. Beóv. 50 et 162 men ne cunnon
718 ær ne siððan
862 viht ne lôgon
941[b] ær ne meahton
et cf. 1234[b], 1596[b], 1736[a], 2091[b]
859 þätte sûð ne norð
cf. 3064[b], 2854[b]

Gen. 179^{b} sấr ne míhtè,

1478^{b} seó éft ne cóm

2518 ne mốton vít

cf. 190^{a}, 1394^{b}, 1444^{b}, 2180^{a}, 2443

606^{a} ne sceávòde

et sic multo saepius in omnibus carminibus.

et de be

B. 566 be ýðlầfe

1574^{a} heárd be híltum

1950^{b} be fǽder lấrè

Gen. 1370 be gódes hǽsè

1921^{a} be Jórdànè

947^{a} be freán hǽsè (sic saepe)

El. 505 be náman hấtèn (cf. 562)

(cf. Jul. 720. Andr. 558. Andr. 571, 233, 1063. Gûðl. 337 et saepius).

De se

B. 2977^{a} Lḗt se heárdà

2587 þǽt se mǽrà

86 se éllèngǽst

Gen. 2839 þǽr se hấlgà

1862 þấ se eádgà

1169 se frúmgấrà

cf. 1188, 1624, 222, El. 503, 928. Cri 99, 269^{b}, 967, 441. Gûðl. 735. Phoen. 261, 354^{b}.

De þe

Gen. 3140 þe heófonà ís

2362 þám þe gḗn nís

707 þe hím þǽt wíf

Gen. 644^{b} þe þä́t lấð tréóv

El. 903 þe mî́nnè éft

Cri 1554 éarm þe éádìg

Gûðl. 962 þä́tte méahte hím

(þätte est = þät þe)

quibus exemplis etiam

B. 355^{a} þe mé se gốdà

et Gen. 944^{a} þe hé ne cû́ðè

quamquam in altero se, in altero n e exstat, adnumerandos infra videbimus. De B. v. 941^{a} autem (þe vé éallè) §. 3 disputavi p. 22.

Jam fieri non potest, quin quaeramus, num, quas leges superioribus paragraphis in quaternariis versibus exposui valere, eaedem ad ternarios quoque pertineant. Atque accentuationis genus, quale est d ä́ g è et G ấ r- d è n ù m in ternariorum, de quibus adhuc disseruimus, versuum fine rarissime exstat. Etenim praeter versus, velut âbredvade etc., quos supra iam attuli, haec tantum exempla reperi.

B. 288 gescấð vítàn

424 forgránd grámùm

1395^{b} geþýld háfà

708 æe sýn-scáðà

2263^{b} ne gốd háfòc

Gen. 1209 òn genímìð

1553^{a} fólc gelúdòn

El. 578^{b} bǽl fornímìð

706^{a} ne léng hélàn

quibus e ceteris carminibus adde: Byrhn 109^{a}, Jul. 367, 628, Seef 82, 83. Phoen. 18, 22.

Tales versus Saxon. evangel. harmoniae poëtam non finxisse, sed potius consilio et ex industria vitasse demonstrabo Cap. II. §. 3.

Quod autem ex eo ipso, quod haec accentuationis licentia in iis rarissime procedit, facile intelligitur, versus illos ternarios severioribus, quam quaternarios, legibus adstrictos esse, id certissime patet ex alia quadam re.

In quaternariis enim versibus quum non modo apud Anglosaxones, sed etiam apud meridionales Germanos syllaba brevis, cui altera gravis succedat, omnibus locis ictui sufficiat, tamen in ternariis illis proxima ante thesim praefixo vel proclitico expletam arsis oportet longa sit vel in consonantem desinat. Cui regulae subtili in carm. de Elene et de Beóv. prorsus nullus versus repugnat. Quae autem in Caedmoniana genesi exempla primo obtutu videntur resistere, talia sunt, ut lex non laesa sed potius certissime confirmata evadat. Ac primum quidem hi versus simili utuntur habitu:

697 niede onfôn
1759 ealle onfôð
2040 væpna onfôn
2918 selfa onfôn
2330 He onfôn sceal
953 ârna onteón
et adde: Andr. 783 gâste onfôn

in quibus contractae formae onfôn et onteón, quin, si non pronuntiandae sint, ut dissolutae onfâhan onteóhan, tamen in versu pro dissolutis cedant et ad versum fingendum eandem, quam illae, vim habeant, non dubitabis satis cogitato, quod mox infra de talibus formis disputabo. Quam ob rem illi versus non ad ternarios pertinent, sed ad quaternarios atque horum

leges sequuntur. Quibus demptis duo tantum regulae repugnant, quos emendandos esse luculentissime patet ex aliis quoque, quae offensionis aliquantum praebeant.

Horum enim in altero, v. 2693[b] (lâre gebearh) lâre vox crux est interpretis; et quam interpretationem Greinius exhibet (Gloss. II sub lâr No. 5) „mit List“ ut alio, quo lâr vocabulum aeque usurpetur, loco non confirmat, ita quomodo e primitiva vocis vi deduci possit, equidem ego nequaquam video. Quod quum ita sit, ante lâre aliquid censeo oppressum esse. Atque „be heortan lâre“ a loci sententia videtur non alienum esse („wie mir mein herz riet“ cf. be fäder lâre etc.).

Neque minus alterum versum 2189[b] (hýrste gerîm) puto aegrotare.

Versus enim 2189 et 2190 in Greiniana editione sic procedunt:

2189 Sceáva heofon! | hýrstè gerîm

2190 ródores túngel.

quo loco hyrste vox sine ullo attributo idem significat, quod „rodores tungel“; id quod fieri posse nego atque pernego. Quem autem locum Greinius ad lectionem suam probandam affert (Glossar II, 133) ex eo prorsus nihil efficitur. Est gen. v. 956 „hyrstedne hrôf hâlgum tunglum“, ubi hyrstedne participium satis definitum est verbis hâlgum tunglum.

Accedit, quod tales versus, qualis est sceáva héofon, si non plane a Caedmoniano usu abiudicandi sunt, tamen ne cupidius eos amplectamur, cavere debemus. Cf. §. 2 p. 8.

Et in versu sceáva héofon non verbalis modo forma sceáva sed etiam heofon vox duobus instructa ictibus offensionis aliquid habere videtur, quum versus, in quibus simul utraque licentia locum habeat, nusquam

legerim. — Quae omnia quum ita sint, facile adducimur, ut hyrste voce cum heofon coniuncta scribamus: Scéáva héofon-hýrstè, quo in hemistichio compositum heofonhyrste coelum astris distinctum et ornatum vel optime significat.

Quum autem hyrste voce cum heofon composita inserenda sit ante gerîm vox aliqua cum heofonhyrste alliteratione coniuncta, versum mihi videor recte emendasse sic:

Scéáva héofonhýrstè | ánd hâdrè gerîm
rodores tungol.

cf. Cri 693 hædre heofontungol et de carm. Wessof. p. 27.

Ceterum saepius ex tribus vocibus in versu alliteratione coniunctis una a scriba oppressa est. Cf. B. 149, 3000, 3086, 3169, 3172, 3178 et Gen. 238, 1956, 2253, 2657.

Praeterea in ceteris carminibus tria legi exempla, quae primo obtutu regulae videntur resistere.

Cri 1431 vǽre þé gelîc

Jul. 549 vîf þé gelîc

Andr. 496 þé gelîcnè

quorum tamen ex uno eodemque habitu elucescit aliunde ea excusationem petere: sive quod Cynevulfus hac in verborum coniunctione þe pronomini maius tribuit pondus, id quod commendatur consuetudine sua, qua þe dativum multo saepius facit arsim explentem sine insequenti thesi, quam ceteri poëtae, sive alia de causa aliqua. —

Quibus omnibus expositis iam facile intellegas, quo iure supra (p. 25):

v. B. 355ª þe mé se gôdà

Gen. 944ª þe hé ne cûðè

non versibus, quales sunt mén ne cúnnòn et þær se h́âlgà etc. adnumeraverim; scilicet in iis, nisi anacrusim þe particula expletam haberent, arses me et he ante se et ne theses nullo pacto ictui sufficerent. Atque eiusdem fere generis est

v. Gen. 2845 se rî́cà ongán

qui si anacrusi se articulo expleta careret, non minus false conformatus procederet. Et in ceteris carminibus legi haec eius generis exempla:

Gûðl. 22 þe hé geséttè

Gûðl. 483 se lî́fà gehvä́s

Andr. 302 ne vî́rà gespánn.

Confer autem, quae de regulae modo explicatae ratione, quae difficile videtur intelligi posse, dissero Cap. II. §. 3. —

Jam num Anglosaxonici poetae ternaria hemistichia thesi aut alia, atque praefixo vel proclitico expleta, aut nulla adhibita finxerint, in quaestionem vocandum est. Versus autem, in quibus tractandis haec quaestionis pars versatur, singillatim perstringam; et ita, ut primum de iis disseram versibus, qui praeter tres arses aliam, atque praefixo vel proclitico expletam thesim habere videntur.

1) Beóv. 332, 481, 363, hemistichium occurrit oret-mecgas, et item Andr. 664, et Eádveard 11[b] oret-mäcgum; quibus in versibus oret vocabulo duos accentus tribuere non dubitabis respecta, de qua §. 4 disputavi, órèttà et ónèttòn formarum accentuatione.

2) B. 1036[a] editores exhibent hemistichium fäted-hleóre et Andr. 478[a] fäted-sinces. Sed fæted neque fäted scribendum esse et hoc participium ad gothicum verbum fêtjan (*κοσμεῖν*) pertinere

Müllenhoffius magister me docuit in schola de Beóvulfo habita. —

3) B. 673, 1697 írènà cýst; sed cf. 802 îrenna et 2338 eallîrenne et cf. 2683, 1888.

4) Beóv. 949 níve sibbe et 2595 nivan stefne; sed cf. 1789 níóvàn stéfnè.

5) Beóv. 463 et saepius: Gûðdena folc. sed formis Denia et Denigea (2125, 271 etc.) respectis Gû˙dena voci tres accentus tribuere non dubitabis; nec minus dativus v. 783 Nor denum stôd et Eádm. 8^b Denum væron de i vocali antiquitus post n posita excusationem petit. —

6) Beóv. 1544^b vitig drihten (Cri 226, Andr. 744) sed cf. v. 1842 víttìg dríhtèn.

7) Beóv. 1124 bega folces quo in versu bega genitivum duos habere accentus docet normannica forma: beggja. Neque minus in Gen. 976^a begen brohton nominativi begen ultima ictum fert. cf. formas tvegen et goth. tveihnai ahd. zwênâ, et syllaba beg- respondet gothicae bai-.

8) Beóv. 207 fîftena sum; 1582^b fîftene men; Gen 1165: ánd týne eác; Gû l. 908 fîftynu geâr. quibus in versibus nihil obstat, quominus têne et tŷne scribamus, quum nullo loco prioris syllabae brevitas confirmetur. Cf. autem ahd. zehan, as. tehan, goth. taihun.

9) Beóv. 2558 hrúse dýnedè cf. Runenl. 132 heard hrusan fäst et Wanderer 102 hruse bindeð. Seef. 34 hrîm hrusan bond; quibus in versibus hruse vocis prior syllaba habenda est longa, quippe quae nusquam brevis efflagitetur. Accedit, quod si brevis esset, hrose forma appareret.

10) B. 3015 äled þeccean, 3125 äled-leóman. Gen. 2901 äled veccean. Walfisch 21 äled vec-

ceað. Phoen. 361 þurh äled fŷr Salom. 129 äled lætað. —

äled vocabuli etymologia obscura est; neque minus obscurum, quam rationem habeat ad Saxonicam formam eld (et an: eldr), quum pro anglosax. äled in Saxonica dialecto exspectemus elid, vel alid. Accedit quod Dan. 254 forma alet occurrit, quae, quam rationem ad äled habeat, non melius intelligo. Sed Anglosaxones äled vocis priore syllaba, ut longa, usos esse, ut ex eo, quod eius brevitas nusquam necessario efflagitatur, ita maxime ex infinitivi onälan forma (Jul. 580) elucescit, quia, si Anglosaxones infinitivi illius paenultimam, ut brevem, sensissent, fieri non posset, quin forma onäljan aut onällan procederet. Ceterum ipso metro in Jul. 580 ád onálàn commendatur longa syllabae älmensura. cf. p. 25. Quibus omnibus respectis facile adducimur, ut et äled, alet, eld substantiva, et verba älan, onälan, inälan non germanico esse origine censeamus, sed ex aliena aliqua lingua in Germanicam illata; quod si recte a me conclusum est, ne cogimur quidem, ut pro äled scribamus æled, quamquam sensisse Anglosaxones priorem syllabam, ut longam, concedendum est.

11) Gen. 1811 þráge síððàn Andr. 1600 þrage hnâgran El. 1239 þragum þreodude.

Ut nullus totorum carminum versus þrage vocis priorem syllabam brevem poscit, ita eam longam esse certissime evenit e nominativi forma þrag vel þrah, quippe quae si radicalis syllaba esset brevis, þragu non esse non posset, sicut, gifu etc. Accedit, quod Raetsel 203 occurrit infinitivus þrägan (currere), cuius et ipsius stirpem Anglosaxones sensisse ut longam forma sua prodit, quae þrecgan procederet, si stirps esset brevis, sicut lecgan. Quum tamen þrägan verbum pertineat ad gothicum verbum þragjan confiteor me,

quo quis modo ex his angustiis effugiat, plane ignorare. Sed certum est þrage duos ferre ictus. —

12) Gen. 1614 et 2550 unlytel dæl
El. 272 et 383 ymb lytel fäc
Gûðl. 185 þurh lytel fäc.

quibus in versibus lýtèl voci duos ictus dandos esse docent saxon. et theodiscae formae luttil et luzzil.— cf. Gen. 2405 únlỳtèl spell in senario hemistichio.

E ceteris autem carminibus ad hanc quaestionis partem pertinent hi versus:

13) Jul. 539 hlæfdige mîn. El. 400 hlæfdige us; sed cf. Ps. 122[3] formam hlǽfdígeàn et altschwed. degja = dispensatrix (Grimm Geschichte d. deutschen Sprache 663).

14) Jul. 626 earfeða dreág. Gûðl. 178 earfeða mæst. Gen. 180[a] earfoða dæl. De earfoð voce quae iam disputavi, cf. §. 4.

15) Andr. 718 þäs bremestan. Cri 387[b] â bremende; Eádgar 12[b] bremes cyninges. Sed breme adjectivo tribuendam esse syllabam radicalem longam certissimum efficiunt formae verbales bremað Dan. 406 et bremende Cri 387 quae si haberent stirpem brevem, procederent bremmað et bremmende cf. getremman et hlemman et vemman et vêman.

16) Gûðl. 309 läsast brûcan, qui versus nihil aliud, nisi luculentissime probat bono iure J. Grimmium läsast superlativum cum gothico lasivôst-s comparavisse; ita ut läsast reducendum sit ad lǽsvàst.

17) Cri 1238 orgeate þær; Andr. 1571 orgete vearð. Sed non dubito scribere orgeâte et orgête (neque minus andgête) quum adiectiva hoc, quo orgeâte a gitan verbo, modo a verbis deducta cum longa vocali radicali plerumque fingi

soleant (cf. goth. andanêms, mhd. genæme etc.). Nihil autem offensionis habet, quod praeter orgeâte et orgête formas nusquam occurrit forma orgæte, sicut orcnâve et orcnæve, quum, quamquam nâmon et næmon etc. praeterita apparent, tamen praeter geâton et gêton, vel geâfon et gêfon nusquam reperiantur gæton et gæfon praeterita. Est igitur:

orgeâte : orgête = geâton : gêton
orcnâve : orcnæve = nâmon : næmon.

18) Andr. 1149 þý lás scýldhâtàn | sceaðan mihton: quocum versu fac compares 1049:

þý lás scýldhâtàn | sceððan cômòn

ex quo mihi certissime elucescere videtur etiam in v. 1149 pro sceaðan scribendum esse sceððan, aut, id quod equidem malim, sceaððan. Est enim:

sceaððan : sceððan : scyððan =
gearvan : gervan : gyrvan.

Atque ut sceaððan formam malim scribere, quam sce . ðan, hoc loco adducit me forma quoque sceaðeð, quae exstat Ps. 907 et ad sceaððan infinitivum mihi videtur pertinere. Quod si recte a me expositum tibi persuasum est, facile intelligas cum Greinio de infinitivo sceaðan cogitari non posse, quum aliae, quae ad talem infinitivum pertineant, formae nusquam in totis carminibus occurrant (cf. Glossar II. 402). —

19) Beóv. 1777 singales väg. 190 singala seáð.

Led. cf. Cri 681 formam vídgièllè. —

20) Gen. 1743 misserum frôd
2345 missarum frôd

qui versus certo videntur probare missere vocem, ut viri docti coniecerunt, re vera compositam esse e missi et jêr vel jâr. Quam ob rem bono iure scribo míssêrùm et míssârùm. —

21) Beóv. 494 þryðum dealle; Gen. 2238 hige þryde väg. B. 1931[b] môd þryde väg. Cri 970 þryðum bärnað. Nihil obstat, quominus scribamus þrŷðum etc. cum longa vocali; an: þrûð.

Ut in omnibus, quos adhuc tractavimus, versibus ex vocabulorum quorundam accentuatione evenit, de ternariis hemistichiis non cogitandum esse, ita in vocabulis quoque, quae nunc breviter afferam, syllabam radicalem habendam esse longam iam dudum ab aliis visum est. Sunt autem haece:

Pro väre ubique være legendum est, ut Otfridiani wâra usus docet. Pro Huga : Hûga (B. 2502[b]); B. 455 non Velandes, sed Vêlandes; Gen. 997 pro holunge : hôlunge (cf. ahd. huoljan); ubique þrôvjan pro þrovjan scribendum esse docet ahd. druoên et druoan; (Andr. 180 þreôvjan). Cf. exempli causa El. 839 geþrôvàdè. Gen. 1762[b] non vriðende sed vrîðende legendum est (Grein. Gl. II 743); neque minus infinitivo quoque vrîðjan tribuendam esse vocalem longam docet Andr. 768: mán vríðòdè. —

Porro in his versibus:

B. 1180[a] et Gen. 1745[b] metod-sceaft seón
B. 3097[b] beorh þone heán
Gen. 16 Heora lîffreán
1852 Heora folcfreán
2084 viðer-trod seón

contractas formas pro dissolutis cedere mox infra demonstrabo. Neque minus in versibus

B. 188 freoðo vilnjan
432 Heorot fælsjan
1662 vlitig hangjan
1843 guman þingjan
2045 higes cunnjan
Gen. 979 tiber sceávjan

(et cf. 1881, 2453, 2846) formas vilnjan etc. pro vilnigean etc. cedere infra exponam.

Quibus omnibus absolutis restant perpauca et in Beóv. et in genesi hemistichia, in quibus, quum tribus arsibus utantur, pro quarta thesis occurrat alia atque praefixo vel proclitico syllaba expleta. Quorum, ut plurimos emendemus certis causis adducimur.

Nam ad Beóv. v. 2714[b] jam, priusquam hanc metricam quaestionem inivi, exemplaris mei in margine pro bealonîð veóll scripseram bealonîðe veóll;

Non enim bonam sententiam praebent verba:

on breostum bealonîð veóll âttor on innan

ubi bealonîð, quippe cui âttor appositionis loco adjectum sit, nullam nisi generalem perniciei significationem habere possit; quod fieri posse nego atque pernego, quum nîð, ubicunque occurrit, significet contentionem vel impetum aut odium vel inimicitiam. Quam ob rem si pro nominativo bealonîð legimus bealonîðe instrumentalem, sententia procedit satis bona: „Es wallte in seiner Brust das Gift mit verderblicher Feindschaft." et cf. B. 2404:

hăfde þâ gefrunen hvanan sió faehð ârâs,
bealonîd biorna. (cf. Gûðl. 781).

Nec minus corruptus videtur Gen. v. 2320[a]

ymb seofon niht,

ubi, non, ut „post septem noctes", sed ut „post septenas noctes" verbis exprimatur, cogitationem connexus efflagitat. Et quum Seel 10[a] hemistichium occurrat:

symble ymbe seofon niht

etiam nostro loco symble adiciendum esse puto. (E tribus alliteratione coniunctis vocibus una oppressa est.

Beóv. 3181 Greinius in biblioth. anglos. B. 1 exhibet vóruld cýningà (cf. §. 4), id quod Thorkelinus in manuscripto legerat; at in speciali Beóv. editione Grundt-

3*

vigum secutus scribit „voruld-cyning“. Tamen non dubito, quin voruld-cyninga recipiendum sit. Si enim post voruld-cyning comma ponimus, sententia redditur inepta („sie sagten, daſs er ein Weltkönig gewesen wäre“); sin Greinium secuti commate omisso versus 3182 et 3183 (mannum mildust and monþværust, leódum lîðost and lofgeornost) non appositionis, sed attributi loco ad voruld-cyning adicimus, huius attributi maior ambitus nonnihil offensionis habere videtur. Accedit, quod genitivus pluralis ante superlativum multo usitatior est, quam casus superlativi ipsius. —

Beóv. 4. Greinius exhibet hemistichium

„scaðen-þreátum“.

sed Wanley in manuscripto legit sceaðena, cf. Heyne edit. Beóv. p. 81.

B. 984[b] foran æghvylc; qui versus nescio an ex eo excusationem petat, quod æghvylc contractum est ex âgehvilc ita, ut thesis procedat praefixo expléta. Ceterum levissima mutatione scribi potest „beforan“. Cf. §. 5.

Gen. 2288 viðerbreca | vera cneórissum; scribo vrâð viðerbreca ratus tertiam alliteratione iunctarum vocum rursus oppressam esse.

Gen. 1112[c] sunu selfa; videtur ante sunu : þisne addendum esse.

Gen. 2443 eodon sôna; scribo geéodòn sónà.

Sed in Gen. 1240[b] súnu Nóès et 1551[a] súna Nóès nihil aut oppressum aut corruptum est. Versus enim, in quibus aliena nomina propria exstent, legibus, quibus ceteri versus adstricti sunt, non cedere mox infra demonstrabo.

Restant iam quatuor versus de quorum emendatione cogitari non debeat.

Gen. 1307 fîftiges vîd. et 1308[a] þrittiges heáh; nescio, an neutralis substantivi fîftig stirps an-

tiquiore tempore fuerit fîftigi, ita ut fîftiges pro fîftigjes procedat.

Phoen. 92 glädum gimme et 303 gladum gimme quibus de versibus quid certi dicam, confiteor me ignorare. An gim substantivum, quippe quod e latina lingua in Anglosaxonicam illatum sit, simili, quo aliena nomina propria, modo versum disturbat? (cf. p. 40).

At Beóv. 2940 prius hemistichium non cum Heinio distinguendum est post volde, sed post sume, et 2293 non post beaduveorces, sed post hvîlum et 773 non post foldbold sed post he. — Et Beóv. 2679 —2680 hemistichia non distinguenda sunt:

2679^b mägen-strengo
2680^a slôh hildebille

sed 2679^b mä́genstrèngò slốh
2680^a híldèbíllè

et Gen. 976^b — 977^a non

976^b brego engla
977^a beseah on Abeles gield

sed:

976^b brégo énglà beséah
977^a ón Ábelès giéld.

Converto me nunc ad ternarios versus thesi prorsus carentes, quorum alteros ex speciali quodam habitu excusationem petere, alteros emendandos esse videbimus. Ac primum quidem hice versus similes sunt:

B. 116 heán hûses
528 neán bîdan
629 ät Vealhþeón
820 feorh-seóc fleón
1036 on flet teón
1264 mandreám fleón
1275 deáðvîc seón
1883ª âgendfreán
1926 heá halle.

Gen. 868[a] lîffreá mîn
1387[b] heá beorgas
1493 freán hŷrde
2141 et 2237 âgendfreán
2091 ôðle niór
2507 mid cvealmþreá
2545 Grâp heáhþreá
2720 ánd veorcþeós
2783 mîn svæs freá
2877 heá dûne (cf. p. 34)

quibus in omnibus occurrunt contractae formae, quas si dissolvimus, quaternarios versus recte conformatos ubique efficimus. Quae enim earum dissolutae syllabam radicalem habent productam, eae et medio versu et in fine exstant: at quae dissolutae radicalem syllabam habent brevem, eae nisi in fine versus non occurrunt. Nimirum illae sive medio versu sive in fine dissolutae versum efficiunt quaternarium, at hae non efficiunt nisi in fine (§. 4).

cf. Beóv. 1275 deáðvîc seón (= séhàn)
Cri 1417 mâncvealm seón (= séhàn)
cf. Cri 1581.

Atque contractas has formas ad versus fingendos re vera eandem, quam dissolutas vim habere certissime evenit etiam e v. Gen. 2507[b]. B. 629[b]. Gen. 1813[b] et aliis eius generis, in quibus, nisi contractae formae pro dissolutis cederent, falsa alliterationis conditio fieret (cf. §. 8).

Neque mirum videtur, quod Anglosaxones de formis gân et gæð idem, quod de contractis, sentiebant, quamquam re vera contractae non sunt. Apparent enim hice versus:

B. 386 hât in gân
2034 et 2054 on flet gæð
Gen. 2234 on bed gân
2354 sôð forð gân

Cri 1071[b] andvearð gæð
Andr. 776 and forðgân

qui non plus offensionis, quam heán hûses etc. habere videntur.

Porro similes sunt hice versus:

B. 451 leng sorgjan
720 rinc sîðjan
796[b] féorh ealgjan
808 feor sîðjan
971 lâst veardjan

et cf. 1412[b], 1426[b], 2108[b], 2409[a], 2589[b], 2605[b], 2652[a], 3008[b], 3025[b], 3133[a]

Gen. 1311[a] svart svi rjan
154[b] fûs sîðjan
329 vord veorðjan

cf. 353, 855, 863, 1258, 1556[b], 1577, 1844, 1903[a], 2221, 2317, 2453, 2783 (cf. p. 34) quibus in omnibus qui occurrunt infinitivi, pertinent ad verba, quorum stirps antiquitus in ô desiit et radicalem syllabam habuit longam. Quum autem appareant tales versus:

B: 787[b] sâr vânigean
1222[b] veras ehtigead
1391[b] gang sceávigean
2748[b] gearo sceávige
Gen. 2591 leng eardigean
2846 cyning costigean
52[b] mägyn bryttigan

etiam formas sîðjan, sorgjan etc. eandem, quam vânigean vim habere ad versus fingendos, ut a priori facile intelligitur, ita certissimum fit

e Beóv. 1819[b] þät ve fundjað

et Gen. 1758[b] þâm þe vurðjað, ubi, ut fundjað et vurðjað pro triyllabis cedant, alliterationis condicio

efflagitat (§. 8). **Reducendas autem esse puto formas sceávjan et sceávigean ad antiquiores sceávôjan etc. quae exstant in evangel. harmonia saxonica. et cf. saxonicos versus: úp síððjàn etc. (cap. II §. 3).**

Ceterum ne, quid velim, ignores, nequaquam puto trisyllabas formas sceávìgeàn etc. in libris scribendas esse neque magis disolvendas esse ubique contractas formas, ut heán etc. sed potius agnoscendas esse censeo licentias metricas, quae tamen manaverint ex antiquiore linguae statu: proinde ac in Homericis poëmatis consonante v et aliis oppressis ortae sunt licentiae quaedam metricae. —

Jam quod ad Gen. v. 1413[a] (lytligan eft) attinet, utrum verborum ordo invertendus, an medio quoque versu accentuatio lýtlìgàn patienda sit, decernere non audeo. —

Venio ad aliud quoddam genus, cuius hice in genesi versus apparent

v. 1241	ôðer Cham
1623	fär Noes
1423	earc Noes
1551	Sem and Cham
1617	Chus and Cham
1736[b]	on Carran
1963	of Sennar
2241	við Sarran
2727 et 2760	tô Sarran

cf. p. 36 et Jul. 25 Helisaeus. 28 Julianan
quibus aliena nomina propria excusationem praebent. Alieno enim nomine proprio in versu apparente leges metricas disturbari et rythmum reddi confragosum etiam ex eo patent, quod infra de alliteratione disputabo (§. 8).

Quibus omnibus absolutis perpauci restant versus ternarii iique, qui facillime emendari possint.

B. 1546[a] brâd brûnecg; Heinius recte scripsit brâd and brûnecg cf. Byrbn 63: brâd and brûnecg.

Beóv. 1759[a] secg betsta; Heinius optime secg se betsta.

Beóv. 1871[b] þegn betstan; scribendum est þegna betstan; nihil perversius est, quam quod Heinius proponit (ed. Beóv. II. p. 96) þegen vocem duos accentus ferre. Quod ad demonstrandum quos versus affert, eorum prior (Andr. 528[a] þegen geþungen) ternarius est, alter (Sat. 388 þegen mid þreáte) justus quaternarius.

Beóv. 1404[b] gegnum fôr; Heinius: gegnum fôr þâ.

Gen. 2058[b] eáð mihte; sed eáð et êð et ŷð sunt non positiva, sed comparativa adverbia, ut leng, sêl etc. Quum autem sententiarum connexus potius positivum quam comparativum poscat, scribendum est eáðe.

Gen. 1515[a] holmes hläst; sed liber ms in v. 1515[b] non exhibet heofonfuglas, ut Dietricus scripsit, sed genitivum heofonfugla; quam ob rem in versu aliquid oppressum esse censeo.

Gen. 2614 folc unrîm; sed cf. Cr. 569 folces unrîm.

Gen. 2557 svôgende | forsvealh eall eador; quo in versu facile svôgende lêg scribi potest, ut Beóv. 3145.

Gen. 1718[b] Greinius et Dietericus scribunt pro: dêmað drihta bearnum, id quod lib. ms. exhibet: dêmað drihta bearn. Sed non dubito, quin dativus bearnum recipiendus sit, quum Sat. v. 299 legatur „dêman ve æror lifigendum“. In utroque enim versu dêman verbum intransitive usurpatum significare videtur „superare“ „vorzüglicher sein, als —“.

Et in Satanae quidem versu, quam quis aliam significationem dêman verbo tribuat, non intellego. Quod autem Greinius proponit Gl. I. 188 plane perversum est.

Gen. 2613[a] âgen bearn; sed hire genitivum, quem Greinius ad 2612[b] adiecit ante âgen bearn in v. 2613[a] ponendum esse certum est, quum hire vel his et âgen bearn, ubicunque occurrunt, in uno eodemque hemistichio coniuncta sint. Greînium autem consilio et ex industria hire genitivum ad v. 2612 adiecisse me non fugit. Nimirum censuit in versu 2612

gódcùndè bêc | þät séó gíngrè

alliterationis condicionem falsam esse (§. 8). Sed gingre et ceteri comparativi non minus sunt contractae formae, quam heán, fleón etc., quum in iis ante r consonantem antiquitus aut i aut ô vocales locum habuisse nemo ignoret. Contendo igitur contractam gingre formam pro dissoluta „géòngôrò“ cedere; (cf. §. 8) neque minus Gûðl. v. 720:

feóndas âfyrde. | Hvýlc väs fä́gerrè

et El. 242: mä́gen fä́gerrè

ex eo, quod contracta forma fägerra ad versum fingendum eandem, quam dissoluta, vim habet, excusationem petere videntur. Cf. Hêl 760 superlativum fagarôsta. Atque in aliis quoque vocibus vocalis per syncopen oppressae vis remanet. Cf.:

Phoen. 506, Jul. 688, El. 1260 versum

äpplede gold

in quo äpplede vox cedit pro ä́ppélèdè. Cf. Otfr. II, 6, 23

er wás thes áphùles fróu

et Gûðl. 34: hyhta hŷhst, ubi hŷhst eandem, quam hýhèst, vim habet.

et Gen. 1521 sấvl-dreórè (et sic saepius), quocum confer. Beóv. 2693 sấvùldreórè.

§. 6.

Jam quaestione de ternariis hemistichiis ad finem perducta vix opinor erit, qui binaria cupidius amplectatur. Quae autem eius generis reperi, singillatim perstringam.

Ac primum quidem hi versus similes sunt:

Beóv. 25 man geþeón
Gen. 1938 Loth onfôn
Cri 1032ᵃ leoðum onfôn
et Gen. 1581 gesceávjan
El. 679 geclænsjan
Cri 144ᵃ et 320 gefælsjan
Gûðl. 1148 âsânjan
1150 âsundrjan

quos ad versus idem pertinere, quod iam identidem de contractis formis adnotavi, facile intelligitur.

Deinde Beóv. 2488ᵃ liber ms. exhibet hreás blâc ubi Greinius et Heinius scribunt hréás héorublấc, qua medela versus nequaquam sanatur, quia Anglosaxones ternarios versus, in quibus aut praefixum sive procliticum aut contractae formae non apparerent, non finxisse superiore paragrapho satis demonstrasse mihi videor. Quum autem B. 2831 versus occurrat „hréás ón hrûsàn“ etiam nostro loco scribendum videtur Hréás blấc on hrû́sàn. E tribus enim alliteratione coniunctarum vocum unam rursus oppressam esse puto.

Restant tamen versus binarii, quos emendari vetat habitus eorum proprius:

B. 511 ne léóf ne lấð
El. 572 ne ǽr ne sî́ð
Gûðl. 1065 ne sấr ne sórg
Phoen. 56 ne sórg ne slǽp

Jul. 591 ne féax ne fél
592 ne líc ne léoðu
Andr. 542 ge nêh ge féor
Andr. 1424 ne sýnn ne bân
et Andr. 489[b] iû and nû.

Atque nihilo magis dubitari potest de hisce versibus:

B. 1870[a] gecýste þâ
2516 gegrêtte þâ
620 ymbéode þâ
Gen. 2589 ne dórste þâ
B. 1408 aferéode þâ
2345[a] aferhógode þâ

(et Beóv. 652 grêtte þâ, id quod liber ms. exhibet, mutandum est in gegrêtte þâ).

Quos versus ne ternarios esse credas, tibi in animum velim reducas ea, quae supra §. 2 disputavi; scilicet verbalis formae ultimam in brevem vocalem desinentem, nisi ei altera syllaba gravis succedat, ictui non sufficere. Quae regula, quum ei in quaternariis versibus perpauca exempla repugnent, in ternariis, ut qui severioribus legibus adstricti sint, certo non laesa est. Idcirco facere non possumus, quin versus illos censeamus esse binarios. Excusationem autem petere videntur et hi et ne leóf ne lâð etc. e certo verborum ordine, quo quasi formulae quaedam species procedat. Et confer ternarios, quos superiore paragrapho attuli;

B. 3157 gévorhtòn þâ
34 âlêdon þâ
Gen. 1697 tóförón þâ.

Restat iam Gûðl. 578:

ealra þâra gifena | þe god gescôp

qui versus verbis transpositis facile emendatur:

ealra gifena | þâra þe god gescôp.

§. 7.

Versus et sine ulla anacrusi et cum monosyllaba in Anglosaxonicis poëmatis saepissime occurrunt. Atque bisyllaba anacrusis, si minus saepe, tamen satis saepe reperitur, et ea, quae per syncopen vel synalöphen monosyllaba fiat, et quae nullo modo reddi possit monosyllaba.

B. 694^{a} ac hie hăfdon gefrunen
1249^{b} svylce hira mandrihten
1339^{b} volde hyre mæg vrecan
1407^{a} þâra þe mid Hrôðgâre
250^{a} năfne him his vlite leóge
3057^{b} efne svâ hvylcum manne
Gen. 488 þær is ealra fræcna mæste
277 hvîlum tô gebede feóllon
2298 efne þâ he on vorulde

et saepius.

At trisyllaba anacrusis ea, quae recitatione non bisyllaba reddi possit, nusquam occurrit.

Nam in his hemistichiis:

Cri 1360^{a} þonne ge hymid sibbum sôhtun
Cri 1335^{a} þonne he ofer veoruda gehvylc
Cri 990^{a} þonne hit ænig on mode

dubitari non potest, quin þonne particula recitanda sit, ut þon, quum in libris interdum þon pro þonne scribatur. Cf. Grein. Glossar II 560.

Et Beóv. 1626^{b} þâra þe he him mid hăfde

Beóv. 1461b þâra þe hit on mundum bevand particula þe post þâra per syncopen opprimitur; vide, quae mox infra talis þe particulae syncopes exempla affero.

Quae autem trisyllaba anacrusis et in Greiniana et in Heiniana editione Beóv. 2526 exstat, certa emendatione tollitur. Versus enim 2524b — 2526 Greinius sic exhibet:

2524b Nelle ic beorges veard
2525 (feond) oferfleon | fôtes trem
2526 ac unc sceal veorðan ät vealle |
svâ unc Vyrð geteóð.

In versu 2525 feond vocabulum a Greinio additum est, quod manuscripti oferfleon fôtes trem versus longi modum non explere sensit. Tamen etiam feond vocabulo adiecto versus nequaquam sanatur, quum verba fôtes trem alteri hemistichio non sufficiant (§. 5). Sed ut v. 2525 brevior, quam licet, ita v. 2526a longior est. Quam ob rem dubium esse non potest, quin verba ac unc sceal ad v. 2525 pertineant. Atque versus certissime mihi videor emendasse sic:

2525 oferfleón fôtes trem | ac unc fæhðo sceal
2526 veorðan ät vealle | svâ unc Vyrð geteóð.

Fæhðo enim vocem non modo alliterationis condicio poscit, sed etiam sententia, quum veorðan sine subiecto et quasi absolute usurpatum in totis carminibus iterum non occurrat. Ceterum tertia vocum alliteratione iunctarum rursus oppressa est. Et cf. Byrhn.

247 fleón fôtes trym | ac ville furðor gân

Quod iam ad ceteras versus theses attinet, in anglosaxonicis carminibus, ut in theodiscis, nulla nisi monosyllaba thesis adhibetur; quae enim occurrunt bisyllabae,

per syncopen, vel per vocalis et ante vocalem et ante consonantem elisionem facillime removentur. Vocalis autem ante vocalem .et in monosyllabis et in plurium syllabarum vocabulis eliditur; ita tamen, ut bisyllaba ultimae vocalem non amittant, nisi ante vocem in thesi exstantem. Et monosyllaborum per synalöphen oppressorum exempla rarissima sunt, tamen certa:

Beóv. 1425[a] gesâvon þậ äfter vätere
1665[a] afslôh þậ ät þære säcce
Gen. 961 gesæton þậ äfter synne
491[a] vearp hine þậ on vyrmes lîc
El. 847 âsetton þậ on gesyhðe
237[a] Lêton þậ äfter fîfelveg
Jul. 650 ongon þậ on fleám sceacan
et Gen. 2305 Leófa svậ ic þe lære

quae exempla synalöphes nec synaeresis esse elucescere mihi videtur ex Otfridi usu, quo sô particulam per synalöphen nec synaeresin opprimit. Cf. Otfr. II, 17, 5 ir sie sô̩ ih iwig heize. F. sih; III, 3, 24 sih = sô ih III, 4, 14 sô er. V. sô̩ er P. ser F. III, 14, 83 sô̩ es V. et P. ses F. etc.

Quae autem alia monosyllaba ante vocalem oppressa invenimus, talia sunt, ut ante consonantem quoque per syncopen removeantur; velut

Gen. 1059[b] þâra þe̩ äðelingas
Cri 894 þâra þe̩ ær óððe sîð etc.

At in polysyllabis vocibus multo saepius ultimae vocalis eliditur:

Beóv. 609 gehŷrde̩ on Beóvulfe
9183[a] Hŷrde̩ ic þät þam frätvum
492 Vên' ic þät he ville

1822ª gif ic þonne on eorðan

1485ª mäg þonne on þam golde ongitan

1298ª þone þe heó on räste âbreát

Gen. 422ª vurðran micle and môton

469ª môste on êcnisse

607 þe hire ær þâ siene onlâh

2501ª âlæde of þysse leódbyrig

et saepius.

Et in trisyllabis:

Beóv. 3098ᵇ mîcelne and mærne

Gen. 607 Svicode ymb þâ sâvle

Andr. 565 sveotulra and gesŷnra

Cri 831 ferðvêrige onfôn.

Ante consonantem autem saepius opprimitur þe particula relativa, et maxime post **þâra** genitivum.

Beóv. 1578 þâra þe he gevorhte

Gen. 2095 þâra þe við svâ miclum

1298ª þâra þe lyft and flôd

Cri 1068ᵇ þâra þe sîð oððe ær

cf. El. 975, Gûðl. 388. Andr. 976, 1144 et saepius:

et Beóv. 3056ᵇ sealde þam þe he volde

Byrhtn. 14 þâ hvîle þe he mid handum

Deinde **ge-** praefixum oppressum legi:

Beóv. 1230 þegnas syndon geþvære

2638 þe he ûsic on herge geceás

cf. Gen. 820ᵇ. Cri 345ª, 254ª. Beóv. 1671ª. Cri 1128, 1461, 1473. Gûðl. 608. Andr. 797ᵇ, 804. Adnr. 1406 et saepius.

Sed **ne** particula negativa nescio an oppressa sit in hisce versibus:

El. 631[b] ge he þâ rôde nẹ tæhte (?)

Beóv. 1993[b] sîðe nẹ trûvode (?)

et be- praefixum in hisce:

Cri 807[a] Laguflôdum bịlocan (cf. Hêl. 2725[a], 4429, 3079)

Kl. 41 þe mec on þissum lîfe bẹgeat.

Praeterea in adiectivis in -ig, ut ænig, môdig, hâlig etc. saepius ante g consonantem vocalis per syncopen opprimitur

cf. Gen. 503[b] cväð þät þe æneges sceates þearf

2367[a] hâlige higetreóva

El. 355 hâlige higefrôfre

cf. Andr. 580, 680, 802, 803 et saepius. Et cf. Gen. 1850 môdgum et in Beóv. formas môdges môdge, ænge etc.

Atque Cri 978[a] tobrocene burg-veallas, est tobrocene participium recitandum, ut tôbrocne cf. 941 âbeátne, 1357 gebundne, 1539. 1647 bevundne.

Quibus omnibus absolutis paucos versus afferam, qui longiores, quam licet, procedunt; et quod in iis expungendum esse censeo, breviter uncis includam.

Cri 1363[a] Onginneð (þonne) tô þam yflum

Cri 1366[a] Ne þurfon hi (þonne) tô meotude

Seefahr. 94 ne mäg him (þonne) se flæschoma

et:

Cri 1653[b] lîf butan (ende) -deáðe,

scribae, dum scripturus est lîf butan deáðe (cf. Müllenhoff und Scherer Denkm. p. 255) in mentem venisse videtur formula butan ende, quae saepe occurrit in carminibus. (Cf. Cri 271 â butan ende.)

Cri 1050[a] ne sind(on) him dæda dyrne.

§. 8.

Quam legem Schmeller (Abh. der bair. Acad. B. 4; 1847) e Saxonicis versibus enucleavit, ut syllaba, quae alterum versus longi hemistichium alliteratione ad prius annectit, non minus una syllaba acuta aut duobus minore accentu instructis excipi debeat, eam ad Anglosaxonica quoque carmina pertinere iam ab aliis visum est. Quam regulam, quae ei exempla primo obtutu videntur repugnare, re vera potius confirmant. Ac primum quidem hi genesis versus similes sunt:

1504[b] þâ he Nóè

154[b] némde vǽron Phércòba

1876 þắt hie tố Béthlèm

2742 þe hé víð Sárràn

quos ex alienis nominibus propriis excusationem petere facile intelligitur (§. 5). — Deinde in

Beóv. 1819[b] þắt ve fúndiàð

Gen. 1798[b] þấ þe vúrðiàð

Cri 89[b] þé ge vấfjà̀ð

Cri 401[b] ánd vúldriàð

Cri 1683[b] þé nô tydriàð

Cri 160 þắt þec véorðjèn

Gûðl. 577 and him þóncìan

formae fundiað etc. pro fundigað etc. cedunt (§. 5).

Restat iam in genesi v. 2769[b]

þăs þe hine on voruld

ubi verbis transpositis scribendum est:

þắs þe ón vóruld híne. —

At Byrhtnôð 288:

Raðe veard ät hilde | Óffa forheávèn

de emendatione cogitari non debet, quum etiam in aliis

carminis de Byrhtnôð auctorem veterum consuetudinem reliquisse doceant hae formae: 1) coniunctivi praesentis plur. in -on: 32 forgyldon, 33 dælon, 56 gangon, 61 syllon cf. Alfr. Tod 9 blission; et 2) dativi plur. in -on 129 Denon, 217 on Myrcon, 266 on Norðhymbron, 270 hvîlon cf. Alfr. Tôd 15 munecon (cf. Exod. 127 MS.: sveoton).

Sed quum in Saxonica evangel. harmonia in compositis alterius partis syllaba radicalis saepius pro acuta cedere possit, it aut versus reperiantur quales sunt hice:

1401 mannô barnun, that sie | farstandan iuwan môdseþon

vel

8 berethtlîco an buok | hwô sia skoldin is gibodskip

in Anglosaxonicis quidem carminibus, quae eius generis occurrunt exempla, ex iis manifestum fit in universum Anglosaxones licentiam illam non adhibuisse.

Cf. Beóv. 16ᵇ Him þäs liffreá
1934ᵇ nefne sinfreá
Gen. 16ᵇ heora lîffreán
1813ᵇ óð þät brôh-þreá
2507 mid cvealm-þreá cf. Cri 15ᵇ

quibus in versibus contractas formas eandem, quam dissolutas, vim habere ad versus fingendos, iam puto nemo erit, quin intelligat.

In genesi autem v. 2761ᵇ häfde vordbeót verba transponenda esse ex eo patet quod verbalis formae ultima brevis syllaba gravi non succedente in genesi rarissime ictui sufficit (§. 2). At Byrh. 75:

vîgan vîgheardne | se väs hâten Vulfstân

emendare nolis cogitato, quod modo de hoc carmine disserui.

Quum autem composita, velut vord-beót etc. sic non usurpata esse credendum sit, tamen in iis compositis, quorum altera pars incipiat a praefixo ge-, huius alterius partis syllabam radicalem ut acutam sensisse Anglosaxones evenit ex hisce versibus:

Beóv. 1750

fætte beágas | and he þâ forðgesceaft

Cri 674^b þonne gârgetrum

Cri 1184^b þeáh he ferðgevit

et cf. Cri 1415^b þät mîn hordgeveore

et cf. Phoen. 301^b eág-gebyrd 342^b vilgedriht Jul. 42 feoh-gestreón Andr. 217 gûðgevinn 301^b feoh-gestreón 1429 feorhgedâl Andr. 1658 sinc-gestreón Gûðl. 41 voruldgestreón 836 gâstgedâl Gûðl. 981 ingefeól El. 327 fyrngemynd Gûðl. 1115 ingesonc.

§. 9.

Exstant in Anglosaxonicis carminibus praeter ternaria et quaternaria hemistichia longiora quoque, quae, quum omnia legibus, quas superioribus paragraphis exposui, respectis sex ictus habere possint, pars autem non plus sex, pars non minus, pro senariis habenda sunt. Et in carm. de Beóv. eius generis sunt: 1163—1168, 1705—1707, 2996—2997, qui omnes ad recentiores carminis partes pertinent. (H. Z. 1869); versus autem 1485 — 1486, quos Heinius pro senariis habet, justi quaternarii sunt:

Măg þonne on þam golde ongitan | Geáta drihten
geseón sunu Hrêðles | þonne he on þät sinc starað.

Multo plures senarii reperiuntur in genesi:
252—261. (v. 257 prius hemistichium post dreámas

distinguendum est et in altero scolde verbum expungendum).

282—285, 287—289, 291 (de 286 vide infra) 295—296, 299—304, 306 (de 305 vide infra) 388—389, 391—397, 400—408, 410. (404 pro hyldo scribendum est hyld);

430—431, 434, 438, 444;
499—500, 507—508, 543—546;
758—761; 1015—1019, 1021;

2404—2405 (unlytel spell); 2865—2867;

Neque modo acervatim, verum etiam passim et singulatim eius generis versus occurrunt; cf. 235, 239, 342, 370, 489, 592, 625, 708, 385, 564, 613, 679, 706, 755, 1601, 2149.

Atque quum in singulis, quos adhuc attuli, versibus longis utrumque hemistichium senarium sit, non desiderantur versus longi, quorum alterum hemistichium quaternarium, alterum senarium sit; cuius generis haec certa exempla reperiuntur:

2142 vordum mînum | nis voruldfeoh, þe ic me âgan ville

2182 fägen freobearnum | fäste myntеð ingeþancum

2326 bearn be brŷde þînre | þone sculon burhsittende

2868 men mid siððjan | mæg väs his âgen þridda

cf. 286, 306[a]

et cf.

322 Lâgon þâ ôðre fŷnd on þam fŷre | þe ær svâ feala häfdon

323 gevinnes við heora valdend | vîte þoljað

359 þeáh ve hine for þam alvealdan | âgan ne môston

678 Nû häbbe ic his hêr on handa | hêrra se gôda

In carmine de El. senaria hemistichia exstant 582—588; 609—610 (610 cedit rêx forma pro rêces; rêx enim (fumi) puto scribendum esse, cf. 578—581). — Quae in ceteris Cynevulfianis carminibus exstant senaria hemistichia longum est enumerare.

VITA.

Natus sum Hermannus Fridericus Paulus Schubert d. X. Jul. MDCCCXLVII Meseritzi patre Jahanne nunc temporis in seminario Cussalinensi exercitationes musicas moderante, matre Augusta e gente Jockischiana caris mihi et adhuc superstitibus. Litterarum rudimentis imbutus sum primum in ludo quodam privato, deinde in schola publica Meseritzi; unde quum pater Cussalinum transmigraret, huius oppidi gymnasium frequentare coepi. Maturitatis, quod dicunt, testimonio instructus inde a vere anni MDCCCLXVI per unum semestre Gryphiswaldae, per septem Berolini philologiae studio operam navavi. Scholis interfui Gryphiswaldae vv. dd. Bücheler, George, Höfer; Berolini vv. dd. Bonitz, Haupt, Hübner, Kirchhoff, Müllenhoff, Steinthal, Trendelenburg, Weber, quibus viris optime de me meritis gratias ago quam maximas.

THESES.

1. Plaut. Capt. v. 148—162 poetae abrogandos esse contendo.
2. In carmine anglosax., cuius titulus ab editoribus constitutus est „Klage der Frau“ vel „Klage der verbannten Frau“ (Grein. Bibl. I. 245) versus 1—5 spurios et titulum illum falsum esse censeo.
3. Hêl. 1662 verba ên forlâtan contendo idem significare atque anglosaxonicam formulam ân forlætan (contra cf. quae annotat Grimmius ad Andr. 1288) et v. 1184 ên forlêtun scribendum esse pro ênna forlêtun.
4. Phoen. 191 (Grein. I. p. 220) pro þurh gevittes vylm scribo þurh gehittes vylm.
5. Cri 1603 (Grein. I. p. 189) pro lîf and deáð scribendum est: lîg and deáð.
6. Exod. 581 scribendum est:

   handa hôfon halsvurðunge

   i. e: manu sustulerunt monilia.
7. Hiatum in senariorum iambicorum caesura penthemimere et post quartum pedem septenariorum troch. a Plauto non adhibitum esse contendo nisi post syllabam in vocalem longam vel in m liquidam exeuntem aut post infinitivos.